

J.K.  
124  
60.

II i  
2626

*Q.D.B.V.*  
**ORIGINEM  
FESTI  
PASCHATOS**  
EX ANTIQUITATE CHRISTIANA  
REPETENS  
*AD ORATIONEM PASCHALEM*  
IN TEMPO  
**ILLUSTRIS AUGUSTEI**  
*IPSA PRIMA SOLENNISSIMA FESTI FERIA*  
*POST HORAM XII.*  
*AUDIENDAM*  
**ILLUSTRIS AULÆ SERENISSIMÆ MINI-  
STROS UTRIUSQUE REIPUBL. PROCERES  
STUDIORUMQUE AMATORES  
ET  
CIVES ILL. AUGUSTEI  
OFFICIOSISSIME HUMANISSIMEQUE  
INVITAT**  
**M. CHRISTIANUS REINECCIUS,**  
SS. THEOLOG. BACC. ILL. AUGUSTEI RECTOR  
ET P.P.





Abuit in V.T. Ecclesia Judaica PASCHA ab ipso Deo institutum in memoriam Liberationis ex serviture Agyptiacae per ministerium Mosis habent & Christiani in N.T. suū Pascha in memoriam liberationis ex servitute spirituali per passionem, mortem & resurrectionem Iesu Christi. Illus institutionem legimus Exod. XII. 1. sqq., hujus ex illo derivationem reperimus Auctore & Institutore ipso Christo Luc. XXII. 19. sqq. Is in Paschate Judæorum futura propiciens Pascha Christianorum jam ante mortem instituit, modumque simul & rationem exposuit, addendo: τὸν πνεῦμαν εἰς τὸ ἐργόν ἀραιμένον "hoc facite in mei commemorationem. Quod repetit Paulus & adjicit: Quotiescumque editis de pane hoc & bibitis de poculo hoc τῷ θεάτῳ τὸν κατεχόντα, αὐτὸς εἶ ἡ Ιησοῦς Χριστός" ut eoz adorauerit, quo omnes Paschatis Judæorum ceremoniae tendebant. Atque hoc indicavit Apostolus i. Cor. V. 7. 8. οὐ γάρ Πάσχα ήμων ὅπερ ἡμῶν εἴδενθι Χριστός· ὁτιούτοις μη ἐν σώματα ταῦτα, μηδὲ ἐν σώματα τούτοις, αὐτὸν εἰς αὐτοὺς εἰμόντες εἰδούσις εἰληφθεῖσι. Nam etiam Pascha pro nobis oblatum est Christus. Quare seriemur non in fermento antiquo, neque in fermento malitia & improbitatis, sed in azymis sinceritatis & veritatis, modo scilicet non tantum Sacramentali sed & spirituali & continuo. Ut enim causa Judæi Paschatos & reliqua circumstantiae in hoc Christiano Paschate mutata sunt: ita etiam, quæ ad definitum diem & locum in Judæorum Paschate pertinent, Christianos non obligant; sed quotiescumque velint & ubique Christiani cœtus congregantur, hoc celebrari Pascha possunt & debent. Equidem non ignoro, quod nupere non nemo in suo commentario, quem Lipsiam miserat, ut typis exscriberetur, quemque refutavit & tenebris adjudicavit D. Thomas Ittingius in pec. diff. de Cœna, hanc sententiam defendenter: Sacram Domini Cœnam non nisi in Paschate, anniversario & solenni ritu ab omnibus Christianis esse celebrandam. Enim vero in hac sententia non tantum Commentator ille adversum sibi habet Apostoli οὐτάς quotiescumque i. Cor. XI. 25. & Apostolice Ecclesia exemplum i. Cor. XI. 20. sqq. sed etiam antiquitatem universam, quæ singulis Dominicis & Sabbatis & diebus quandoque singuli præcipue persecutioni tempore Eucharistiam celebratam restatur. V. Justinus Martyr Apolog. 2. pro Christianis p. 98. ed. Colon. 1686. Cyprianus tract. in Orat. Dom. c. 8., Basilius M. ep. 289., Augustinus ep. 118. c. 4., Gennadius de ecclesiasticis dogmatibus c. 32., Socrates l. 5. c. 22., Sozomenus l. 7. c. 17. &c. conferatur etiam de frequenti Veterum communione Petr. de Sesmaison pec. tr., Bede regius in Cod. Can. Vind. l. 2. c. 3., Schelßbraen. in Concil. Antioch. p. 220. &c. Neque nullum ex testimonii Veterum, qua affatim addaxit Commentator, ejus eaule inservit, nisi forte illud, quod ex Epiphanius attulit, ubi Epiphanius heret. XXX. c. 16. de Ebionitis scribit: μυστήρια δὲ ὅπερ ταῦτα κατα ψευδον τὸ διόγονον εὐηγέρτη εἰκανότα διὰ εἰναύτων διατίθενται, αὐτὸν μέρος τὸ μυστήριον διεδάστε νοσ. i. e. Mysteria (Sacra) ex Christianorum Ecclesie que imitacione quo annis celebrant, in quibus Panes azymos & ad alteram mysterii partem meram aquam adhibent. Neque tamen hoc, quod de Ebionitis refert Epiphanius, pro ista hypothesi Commentatoris multum facit; sed Ebionitarum Hæreticorum assensionem Auctori non invidemus. Quid vero? Si Ebionitæ imitandi sunt, etiam mera aqua vini loco in S. Cœna erit adhibenda, quod tamen ipse Auctor non volet. Ceterum, quando Epiphanius hic Ebionitarum mysteria ad imitationem Ecclesie celebrata dicit, colligi inde non potest, quod etiam Ecclesia

tan-

rantam quotannis Eucharistiae Sacramentum celebraverit. Nam alias inferri etiam posset, quod Ecclesia loco vini meram aquam in S. Coena adhibuerit. Tantum igitur Epiphanius hoc dicere voluit, quod nescit Diabolus Dei simia esse solet, ita etiam Ebionitas Ecclesiae simiae fuerint, dum videntes Ecclesiam sua mysteria habere, ipsi quoque mysteria quedam in suis conuenticulis celebrarunt, judice Itigio l. c. Neque Commentatorem juvat, quod aliqui apud antiquos memorentur semel tantum in anno communicasse. Nam hoc non primaeve institutionis, sed tepefactae devotionis fuit. Sic Ecclesia Pontificia superstitutionem Commentatori facile largiri possumus, qua illa ex Innocentio III. Papa decreto sancxit in Concilio Trident, Ses. 9. can. 9. *Si quis negaverit omnes & singulos Christi fidèles utriusque sexus, cum ad annos discretionis pervenerint, teneri singulis annis, saltem in Paschate ad communicandum juxta praeceptum Sancte matris Ecclesie, anathema sit.* Non enim Papam audiendum in rebus fidei admittimus, sed Pastoris nostri Christi vocem unice audimus & sequimur. Christus vero non dixit neque in institutione neque in repetitione per Apostolum: Hoc facite in Festo Paschalibus, nec alio tempore. Sed dixit potius: *Hoc facite, quotiescumque feceritis, in mei commemorationem.* Graviter hanc in rem seripit B. Lutherus in Catech. Majori Libris Ecclesiae nostrae Symbolicis inserto p. 225. Gerim. ed. & p. 560. Lat. ed. & ed. Germanico-Lat. p. 787. *Hoc facite in mei commemorationem.* Hæc sunt verba nobis præcipientia & jubentia, quibus ipsis, qui Christiani censeri volunt, mandatur & præcipit, ut tantum Sacramento. Quare qui Christi discipulus esse cupit, quibuscum hic verba facit, huic curæ sit, ut hæc verba sibi cordi sint, non quidem ex coactione, velut impulsu ab hominibus, verum ut Christo Domino obsequatur & obediatur. Dixeris autem fortasse: Tamen hæc quoque particula: *Quotiescumque feceritis*, adjecta est, hæc equidem cogit neminem, sed relinquit sacramenti uitum in cuiusque arbitratu liberum. Respondeo: audio, sed non dixit, ut perpetuo nunquam faciamus: quin potius hæc ipsa verba dicentes: *quotiescumque feceritis*, una injunxit, ut sepe Sacramenti communionem iteremus. Estque propterea adiectum, quod Sacramentum velit habere liberum, non certo tempori alligatum, velut erat Iudaorum Pascha, quod singulis annis semel tantum a nonnulli decimo quarto die primi mensis, vesperi manducare nec ullum diem transfilire cogebantur. Quasi velir dicere: Ego vobis festivitatem Paschalem seu Coenam adorno & constituo, quam non tantum ad hujus diei vesperam, quotannis celebrabitis, sed ea sepe & fruenter, quando & quotiescumque libitum fuerit, prout cuique integrum erit & necessarium, nulli loco ac tempori alligatum. Quanquam Romanæ fidei idolum Pontificium, hanc quoque ut cætera omnia à Christo constituta, perverterit, iterumque Iudaicam festivitatem ex ea reddiderit. Illa ergo Papæ Constitutione pro Commentatore parum facit, cum etiam extra Pascha ipsi communionem celebrent Pontificii, & nobis nihil præjudicat. Atque hoc est Pascha Christianorum continuum & perpetuum. Ne vero cuiquam insolens hæc Eucharistie appellatio Pascha videatur, unum atque alterum testimonium adjiciam antiquorum. Augustini sunt contra Literas Petilianas l. 2. c. 37. *Aliud est Pascha, quod adhuc Iudei de ore celebrans, aliud autem, quod nos in corpore & sanguine Domini accipimus.* Sic quoque Gregorius Nazianzenus orat. 42. *communicantes in coena, inquir, accipere Pascha, item iōtav τὸ δεῖν οὐδὲ ἀνθρώποις παράγε* Isidorus Pelusi. l. 4. ep. 162. ait. Hinc Paschalos nomine omne illud tempus venit, quo Christus Pascha comedit, Pascha Christianum instituit, passus & mortuus est, ipaque Hebdomas Magna, non modo in Constitutionibus Pseudo-Apostolisi l. 5. c. 19.: *in diebus Pasche jejunare incipientes a secunda Sabbathi usque ad Parasceven & Sabbatum &c.* Sed & apud Tertullianum libro de Orat. *Sic & die Pasche, quo communis & publica quasi jejuniū religio est, merito de-*

BK II. 2626

x 337 5804

deponimus osculum &c. Atque hoc Pascha εὐχαρίστημον vulgo appellatur, cui solutis  
jejunii succedebat Pascha ἀνάστασις. Utrumque quasi combinatum legitimus in verbis  
Theodori Petreorum Episcopi in Vita Theodosii Archimandritae: ἐόπερν γέ εὐστήτη τετράν  
τὸ εἰστῆται αὐτόπολις, πάσχα λέγει, ἐν τῷ τε Διεύτερῳ εἰρηνῶν θάνατον, τοῦ τε παθήσεως μηδὲ  
εὐτηρίου τὸ οὖτας ἀνάστασις ἀναγνώσθη τοῦ Χριστοῦ τῶν μανύποι τῶν κατεκούσεων. Sic Pa-  
scha Theodorus exprimit, quo Servatoris & mors & sepultura & Resurrectio pia & reli-  
giofa memoria recolitur & celebratur. Neque unum sine altero expendi sati, nec, prout  
fieri oportet, digne considerari potest. Est vero hoc Paschatos Festum unum, quod  
inde ab Apóstolorum atate Ecclesia Christiana solemniter feriata est, quoisque patuit  
Orbis Christianus, ut sub aliqua circumstanciarū differentia, qua aliquando in vehe-  
mēns dissidium Ecclesia Orientalis & Occidentalis prorupit, dum illa Pascha celebra-  
verit, & difficulter hæc lis Seculo demum quarto est quadammodo sopita. Vid. Euse-  
bius Hist. Eccl. I. 5. c. 24. Socrates lib. 5. c. 22. &c. Nec alia Festa tribus prioribus secu-  
lis universalis solemnitate celebrata leguntur, quam hoc Festum Paschatos & Festum  
Pentecostes. Quæ solum memoras Seculo Secundo Tertullianus libr. ad Uxorem,  
& lib. de Corona Militis; & Seculo Tertio Origenes sua artatis Festa enumerans lib. 8.  
contra Celsum nullius meminit præter hoc Pascha ejusque Paraiceven & Pentecosten.  
Unde, quod obiter notamus, colligitur illas homilias, quæ sub nomine *Origenis* vendi-  
rantur, una in *solemnitate Mariae Magdalene*, & altera in *Festo Epiphaniæ seu in Festo*  
*Nativitatis Christi*, Origenem non habere Autorem, sed esse suppositias. Con-  
summatæ ergo illa Christi beneficia in his duobus Festis respxerunt & solemniter recon-  
cluerunt Veteres tribus constitutis Solennitatibus feriis, in quibus beneficia Christi ex-  
penderent. Atamen in Universo hoc negotio Festorum cavérunt sed olo, ne Judai-  
co ceremoniarum jugo rursus subjecerentur Christiani, contra monitum Apostoli Col-  
losi 2. 16, sqq. sed in Libertate Christiana persistenter & feriarentur *κατὰ τοὺς εὐαγ-  
γεῖλας καὶ ἀπόδειας* & vero Paschate ipso Christo fruerentur 1. Cor. 5. 7. Huc per-  
tinent illa *Socratis* I. c. quæ ex *Valesii* versione apponere placet: Certe Apostolus &  
“Evangelista nusquam servitutis jugum illis imposuerunt, qui ad predicationem fidei  
“accedissent, sed Paschæ diem aliosque Festos dies arbitrio & equitatique eorum, qui be-  
“neficia illis diebus acceperant, colendos reliquerunt. — Nam nec Servator nec Apo-  
“stoli id observandū esse nobis lege aliqua præscripterunt, — quippe propositum id fuit  
“Apostolis, non ut de diebus Festis leges ferrent, sed ut ratione recte vivendi veram  
“que pietatem ostenderent. Ac mihi quidem videtur, ut alia multa variis in locis  
“usu quadam invaluerunt, si etiam Paschale Festum apud singulos ex inolita quadam  
“confuetudine peculiarem observationem habuisse, propterea quod nullus ex Apo-  
“stolis, uti dixi, de illo Feste quicquā lege sancivit. Quod vero jam inde à præcis tempo-  
“ribus, ex usu potius, quam ex lege observatio ista profluxerit, res ipsa declarant. Hæc  
“antiquitatum vestigia secuti sunt *Confessores* nostri in præcipuo Ecclesiæ Lutheranæ Li-  
“bro Symbolico Augustana Confessione p. 43. ejusdemque *Apologia* p. 154. & ea nos quo-  
“que fecuturi sumus. Eaque de causa sub eleganti SOLIS EXORIENTIS imagine  
Christum ex mortuis resurgentem nobis in oratione sua sicutet *Nobilissimus & pie-*  
*tate in Christum pariter ac eruditione ornatus sumus Juvenis Dn. JOHANNES CHRI-*  
*STIANUS KUHN, Michela Thuringus, SS. Theolog, Studioſus.* Cui ut Illustres Au-  
“la Serenissime Ministris & Utriusque Rēipubl. Proceres Studiorumque Aſſimatores  
“unacum Cibis nostris pias & devotas aures præbere dignentur, quam fieri potest, ob-  
servantissime humanissimeque à nobis regantur. P. P. in Vigiliis Paschalibus A.O.R.  
M DCC XXII.

LEVCOPETRAE,  
Litteris G. A. Legii, Aul. & Aug. Typogr.

MC.

J.K.  
124  
60

Hi  
2626

*Q.D.B.V.*

# ORIGINEM

## FESTI

# PASCHATOS

TIQUITATE CHRISTIANA

REPETENS

ATIONEM PASCHALEM

IN TEMPO

USTRIS AUGUSTEI

MA SOLENNISSIMA FESTI FERIA

POST HORAM XII.

AUDIENDAM

AULÆ SERENISSIMÆ MINI-  
TRIUSQUE REIPUBL. PROCERES  
DIORUMQUE AMATORES

ET

CIVES ILL. AUGUSTEI

FFICIOSISSIME HUMANISSIMEQUE

INVITAT

STIANUS REINECCIUS,

OLOG. BACC. ILL. AUGUSTEI RECTOR

ET P.P.

Farbkarte #13

Centimetres	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
Inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19

B.I.G.

Black

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

